



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio LI. De causa habituum quantum ad generationem ipsorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

cut essentia & po-
entia angelice sunt
alterius rationis a no-
stris, ita & habitus
& propterea no que-
ras in eorum habiti-
bus omnes illas con-
ditiones, quae de no-
stris sunt enumeratae
in quaestione praecedente: sed sicut natu-
rae sunt magis unitae,
ita etiam & habitum.
nec oportet, qd po-
tentia in eis sit dispo-
nibilis per plura di-
uersimode commu-
nabilia, nisi ratione
plurium ipsorum
quo ad intellectum,
quamuis quo ad uo-
luntatem multiformi-
tatis inueniatur se-
cundum bonum, &
malum, & concurre-
ntes actus ad bene, vel
male velle: & ut in
responsione ad ter-
tium dicitur, saluan-
tur ibi partes, id est,
partialia. Scito tertio
Nouit, qd angelum
participare ab exte-
riori, ut in responsio-
ne ad secundum dicitur,
contingit dupli-
citer. Primo, quasi
aduentitiam qualita-
tem ab extra susci-
piendo, & hoc mo-
do necesse est pone-
re in angelo habitus
supernaturales. Se-
cundo quasi conge-
nitam a datore natu-
rae, sicut graua & le-
uia habent motum a
generante: & hoc
modo necesse est po-
nere in angelo habi-
tus naturales specie-
rum intelligibilium.
Littera ergo, quia in
corpore articulo non
solum respectu alio-
rum intelligibilium,
sed etiam respectu
Dei, necessarium po-
nit habitum in ange-
lis, manifeste aperit
exercitatis in doctri-
na authoris, qd com-
muniter tam de habi-
tu naturali, quam
supernaturali loqui-
tur: quoniam con-
stat apud ipsum, an-
gelos per nullum ha-
bitum intelligere Deum
naturaliter, sed pro-
pria substantia uti,
ut specie intelligibi-
li ad intelligendum
Deum, ut in i. lib. pa-
trist. sed ad superna-
turalem cognitionem
diuino lumine super-
addito egent: & sic
responsio ad secun-
dum de utroque par-
ticipationis modo
ab extraneo intelli-
gi potest.

rum essentia per seipsas perficiuntur ad conformitatem Dei. non ergo per aliquos habitus: & haec videtur esse ratio Maximi, qui ibi demum subdit. Si n. hoc esset, non utique maneret in semetipsa harum essentia, nec deificari per se, quantum foret possibile, valuisset.

¶ 3. Praet. Habitus est dispositio quaedam, ut dicitur in 5. * Meta. sed dispositio, ut ibidem dicitur, est ordo habentis partes. cum ergo angeli sint simplices substantiae, videtur quod in eis non sint dispositiones & habitus.

SED CONTRA est, quod Dion. dicit 7. c. * cael. Hierar. qd angeli primae Hierar. non solum calefacientes, & throni, & effusio sapientiae, manifestatio deiformis ipsorum habitu.

RESPON. Dicendum, qd quidam posuerunt in angelis non esse habitus: sed quaecunq; dicuntur de eis, essentialiter dicuntur. unde * Maximus post praedicta verba quae induximus, dicit. Habitudines earum atque uirtutes, quae in eis sunt, essentialiter sunt propter immaterialitatem. & hoc et Simplicius dicit in * commento Praedicamentorum. Sapientia, quae est in anima, habitus est: quae autem in intellectu, substantia: omnia enim quae sunt diuina, & per se, sufficientia sunt, & in seipsis existentia. quae quidem positio partim habet ueritatem, & partim continet falsitatem. Manifestum est. n. ex * praemissis, qd subiectum habitus non est nisi ens in potentia. Considerantes igitur praedicti commentatores, qd angeli sunt immateriales, & qd non est in illis potentia materiae, secundum hoc ab eis habitum excluderunt, & omne accidens. Sed quia licet in angelis non sit potentia materiae, est tamen in eis aliqua potentia (esse. n. actum purum est proprium Dei) ideo in quantum inuenitur in eis de potentia, intantum in eis praestantur habitus inueniri. Sed quia potentia materiae, & potentia intellectualis substantiae, non est unius rationis: ideo praecedens nec habitus unius rationis est utrobique: unde * Simplicius dicit in commento Praedicamentorum, qd habitus intellectualis substantiae non sunt similes his, qui sunt hic, habitibus: sed magis sunt similes simplicibus & immaterialibus speciebus, quas continet in seipsa. Circa huiusmodi tamen habitum aliter se habet intellectus angelicus, & aliter intellectus humanus. Intellectus enim humanus, cum sit infimus in ordine intellectuum, est in potentia respectu omnium intelligibilium, sicut materia prima respectu omni-

formarum sensibilem, & ideo ad omnia intelligenda indiget aliquo habitu, sed intellectus angelicus non le habet sicut pura potentia in genere intelligibilem, sed sicut actus quidam, non autem sicut actus purus. hoc. n. solius Dei est, sed cum permissione alius cuius potentiae: & tanto minus habet de potentia, quanto est superior. & ideo ut in 1. * dictum est, in quantum est in potentia, indiget perfici habitualiter per aliquas species intelligibiles ad operationem propriam, sed in quantum est actu, per essentiam suam potest aliqua intelligere, ad minimum seipsum, & alia secundum modum suae substantiae, ut dicitur in lib. * de causis & tantum perfectior, quanto est perfectior. Sed quia nullus angelus pertingit ad perfectionem Dei, sed in infinitum distat, propter hoc ad attingendum ad ipsum Deum per intellectum & uoluntatem, indiget aliquibus habitibus tanquam in potentia existens respectu illius puri actus. unde Dion. dicit, habitus eorum esse deiformes, quibus. f. Deo conformantur. Habitus autem, qui sunt dispositiones ad esse naturale, non sunt in angelis, cum sint immateriales.

AD PRIMUM ergo dicendum, qd uerbum Maximi intelligendum est de habitibus, & accidentibus materialibus.

AD SECUNDUM dicendum, qd quantum ad hoc, quod conuenit angelis per suam essentiam, non indiget habitu, sed quia non ita sunt per seipsos entes, quin participent sapientiam, & bonitatem diuinam, ideo in quantum indigent participare aliquid ab exteriori, intantum necesse est in eis ponere habitus.

AD TERTIUM dicendum, quod in angelis non sunt partes essentiae, sed sunt partes secundum potentiam, in quantum intellectus eorum per plures species perficitur, & uoluntas eorum se habet ad plura.

QVAESTIO LI.

De causa habituum quantum ad generationem ipsorum.

IN DE considerandum est de causa habituum. Et primo, quantum ad generationem ipsorum. Secundo, quantum ad augmentum. Tertio, quantum ad diminutionem, & corruptionem. Circa primum quaeruntur quatuor.

¶ Primo, Vtrum aliquis habitus sit a natura.

¶ Secundo, Vtrum aliquis habitus ex actibus causetur.

¶ Tertio, Vtrum per unum actum possit generari habitus.

¶ Quarto, Vtrum aliquis habitus sint in hominibus infusi a Deo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum aliquis habitus sit a natura.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, qd nullus habitus sit a natura. Eorum enim quae sunt a natura, usus non subiaccit uolun-

Super quest. quinquagesima prima articulum primum.

IN corpore articulo q. 51 duplex occurrit dubium. Primum est circa differentiam inter inchoationem habitus ex parte animae in parte appetitus sui, & appetitua, quare in intellectu ponitur inchoatio quantum ad ipsam substantiam habitus, in uoluntate non autem. n. per inchoationem talem intendit aliquid actuale super ipsum intellectum, aut non. si intendit aliquid actuale, sequitur quod intellectus possibilis non est a principio, sicut tabula rasa, & pura potentia, quia habet huiusmodi actum superadditum. si non sequitur qd par sit ratio de intellectu & appetitu: in utroque .n. modo sunt semina uirtutum, & ad principia naturalis promptitudo, propter quam uidentur natura liter inesse nobis secundum cognitionem & appetitum.

¶ Secun-

Deo citato in arg. pcc.

Te. 25. to. 3.

C. 7. no mul tu a prin. c.

Loco citato in arg. 1.

In praedica. qua itatis.

q. 49. ar. 4.

D. 522. In praedica. qualita.

Deo citato in arg. pcc.

¶ Secundum est de causa huius assignata in litera. Videretur enim implicare & in se, & cum supradictis in se quidem, quia ponit in elinationem ad propria obiecta spectare ad habitum, & non spectare ad ipsum, sed ad potentiam. cum praedictis autem, quia in articulo quintae quaestionis praedictum dicitur, habitum in uoluntate poni propter inclinationem ad propria obiecta; quod hic negatur.

¶ Ad primam dubitationem dicitur, quod praesupposito quod intellectus agens non est habitus principiorum, qui ponitur unus ex quinque habitibus intellectualibus, 6. Ethic. quod non est difficile persuadere: duo errores cauendi sunt hic, alter ne putemus pueriliter unam partem habitus, qui dicitur intellectus, fieri ab intra, & alteram ab extra, & propterea inchoationem eius poni a natura perfectionem, quae nuncupatur ab extra. Alter, ne putemus totam illam quidem qualitatem, quae est habitus congenitum, ut coena intellectus, sed impeditam propter absentem notitiam terminorum. Primum enim repugnat indissolubilitati intelligibilis qualitatis: secundum uero purae potentiae, quae intellectus in principio est sicut tabulara: putandum autem magis est, quod sicut naturae, augereque, naturales sunt actus a se non qualiter unque, sed adueniente alimento de coctioe notitiae principiorum habituales naturaliter inest animae adiectiuis ab extra terminis, ita quod ad intelligibilem praesentiam eorum inditum est, & ab anima in intellectu possibili sub lumine agentis fluat qualitas illa quae est habitus principiorum, sicut motus grauium & leuium a natura grauium & leuium, & ut semel effluxit, semper perseverat, quauis non exeat in actum impedita phantasia. Differentia igitur inter intellectum & uoluntatem in hoc est, quod in intellectu fluit naturaliter habitus quidam praesentibus ab extra terminis principiorum in uoluntate autem non, sed sola promptitudo ipsius ad principia, sicut bonum prosequendum, & malum fugiendum, & huiusmodi inuenitur a natura.

¶ Ad secundam dubitationem dicitur dupliciter, secundum quod proprie obiecta, specialia obiecta contenta sub communi obiecto illius potentiae, quod in quaestione praedicta uocauit aliquod determinatum, uerbi gratia. In uoluntate commune obiectum est bonum, specialia sunt bonum in passionibus uimoris & audaciae, bonum in delectationibus, & tristitia: bonum in commutationibus, & huiusmodi, & sic ratio literae alii dicit in responsio

tati: sed habitus est, quo quis utitur cum uoluerit, ut dicit Comment. 3. de anima. ergo habitus non est a natura.

¶ 2. Prax. Natura non facit p duo, quod per unum potest facere: sed potentia a se sunt a natura. si igitur habitus potentiarum a natura essent, habitus, & potentia essent unum.

¶ 3. Prax. Natura non deficit in necessariis, sed habitus sunt necessarii ad bene operandum, ut supra dictum est. si igitur habitus aliqui essent a natura, uideretur quod natura non deficeret, quin omnes habitus necessarios causaret: patet autem hoc esse falsum: ergo habitus non est a natura.

SED CONTRA est, quod in 6. Ethic. inter alios habitus ponitur intellectus principiorum, qui est a natura: unde & principia prima dicuntur naturaliter cognita.

RESPON. Dicendum, quod aliquid potest esse naturale alicui dupliciter. Vno modo, secundum naturam speciei, sicut naturale est homini esse risibile, & igni ferri sursum. Alio modo secundum naturam individui, sicut naturale est Sorti, uel Platoni esse egrotatum, uel sanarium secundum propriam complexionem. Rursus secundum utranque naturam potest dici aliquid naturale dupliciter. Vno modo, quia totum est a natura. Alio modo, quia secundum aliquid est a natura, & secundum aliquid est ab exteriori principio; sicut cum aliquis sanatur per seipsum, tota sanitas est a natura; cum autem aliquis sanatur auxilio medicinae, sanitas partim est a natura, partim ab exteriori principio. Si igitur loquamur de habitu, secundum quod est dispositio subiecti in ordine ad formam, uel naturam, quolibet praedictorum modorum contingit habitum esse naturalem. Est enim aliqua dispositio naturalis, quae debetur

ne ad tertium in ar. 5. praecedentis quaestionis, scilicet quod quia in intellectu habitus est necessarius simpliciter, quia est determinatus potentiae ad obiecta; in uoluntate autem est necessarius ad bene esse, quare non determinat ad obiecta, sed facit promptiorem & ideo ibi est habitus naturalis, hic non. Sed haec responsio non ualet: quia intellectus non solum ad specialia, sed ad communissimum obiectum attingendum determinatur ab habitu, ac per hoc extra propositum est loqui de specialibus obiectis. Dicendum est ergo, quod sermo literae est formalis, & per propria obiecta inter se uera, propria, & ad quae obiecta potentiarum appetituarum, de quibus loquitur: & quod ratio consistit in hoc, quod quia officium naturalis habitus ad operationem in communi loquendo, est determinare potentiam ad obiectum attingendum, & in intellectu opus est ista determinatione: quia nisi aliqua specie determinetur, nihil intelligere potest in uoluntate autem, & uerbaliter appetitu, non est opus ista determinatione, quia praenitur ab ipsa appetitiua potentia: quonia eius officium, immo natura, est inclinatio in obiectum proprium. Nihil enim aliud est appetitus, quam inclinatio: ideo in potentia appetitiua non est inchoatio naturalis habitus, ac per hoc nullus est in eis naturalis habitus: in apprehensiuis autem sic. Et sic omnia conueniant: quoniam affirmatio & negatio non cadunt super idem. affirmatur enim de habitu naturali absolute, quod eius est inclinatio ad propria obiecta: & negatur quod hoc conuenire possit habitui in appetitu: quia hoc conuenit ipsi appetitui. & sic a negatione officii ipsius habitus naturalis procedit ad negationem

humanae speciei, extra quam nullus homo inuenitur, & haec est naturalis secundum naturam speciei, sed quia talis dispositio quaedam latitudinem habet, contingit diuersos gradus huiusmodi dispositionis conuenire diuersis hominibus secundum naturam individui: & huiusmodi dispositio potest esse uel totaliter a natura, uel partim a natura, & partim ab exteriori principio, sicut dictum est de his, qui sanantur per artem. Sed habitus, qui est dispositio ad operationem, cuius subiectum est potentia animae, ut dictum est, potest quidem esse naturalis, & secundum naturam speciei, & secundum naturam individui: secundum quidem naturam speciei, secundum quod se tenet ex parte ipsius animae, quae cum sit forma corporis, est principium specificum. secundum autem naturam individui ex parte corporis, quod est materiale principium, sed tamen neutro modo contingit in hominibus esse habitus naturales, ita quod sint totaliter a natura. In angelis siquidem contingit, eo quod habent species intelligibiles naturaliter inditas, quod non competit humanae naturae, ut in primo dictum est. Sunt ergo in hominibus aliqui habitus naturales tanquam partim a natura existentes, & partim ab exteriori principio: aliter quidem in apprehensiuis potentiis, & aliter in appetitiuis. In apprehensiuis enim potentiis potest esse habitus naturalis secundum inchoationem, secundum naturam speciei, & secundum naturam individui. secundum quidem naturam speciei ex parte ipsius animae, sicut intellectus principiorum dicitur esse habitus naturalis. Ex ipsa enim natura animae intellectualis conuenit homini, quod statim cognito quod est totum, & quid est pars, cognoscat quod omne totum est maius

ipsius habitus naturalis in appetitu. nec contradicit supradictis: quoniam hic comparans potentias appetitiuas ad propria obiecta, negat habitus, quod etiam tunc dixit. Ibi uero comparans potentiam ad specialia, seu determinata obiecta sub obiecto communi, posuit habitus inclinantes ad illa prompte, facilliter &c. quae duo in nullo dissonant.

¶ In responsione ad secundum, aduerte rationem quaestionis motae in prima parte quaestionis: & nota duo. Primo, differentiam perfectionem in se eundem rationem. Tantum in primis distat, essentiam angeli per seipsum esse similitudinem omnium, & per adiunctas species, ut primum ponat perfectionem altissimam, secundum diminutam. & ratio est: quia primum ponit essentiam illam unite habere species rerum: secundum uero diuisim. Constat enim, quod unite habere quae diuisa sunt, in aliis anterioris perfectionis

In isto ar.

9.50. ar. 2.

9.55. ar. 2.

3. con. 14.

9. ar. 4.

cap. 6.

habet idem a seipso moueri secundum diuersa, ut in 8. * Physi. probatur.

AD TERTIVM dicendum, quod actus precedens habitum, in quantum procedit a principio actiuo, procedit a nobiliori principio, quam sit habitus generatus: sicut ipsa ratio est nobilior principio, quam sit habitus uirtutis moralis in ui appetitiua per actuum consuetudines generatus: & intellectus principiorum est nobilior principium, quam scientia conclusioem.

ARTICVLVS IIII.

Utrum per unum actum possit generari habitus.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod per unum actum possit generari habitus. Demonstratio. n. actus rationis est: sed per unam demonstrationem causatur scientia, quae est habitus conclusionis unius. ergo habitus potest causari ex uno actu.

¶ 2. Præter. Sicut contingit actus crescere per multiplicationem, ita contingit actum crescere per intensioem: sed multiplicatis actibus generatur habitus. ergo etiam si multum intendatur unus actus, poterit esse causa generatiua habitus.

¶ 3. Præter. Sanitas & egritudo sunt habitus quidam: sed ex uno actu contingit hominem uel sanari, uel infirmari. ergo unus actus potest habitum causare.

SED CONTRA est, quod Philosophus dicit in 1. Ethic. quod una hirundo uer non facit, nec una dies: ita utriusque nec beatum, nec felicem una dies, nec paucum tempus, sed beatitudo est operatio secundum habitum perfectae uirtutis, ut dicitur in 1. Ethic. ergo habitus uirtutis, & eadem ratione alius habitus, non causatur per unum actum.

RESPON. Dicendum, quod sicut iam dictum est, habitus per actum generatur, in quantum potentia passiuam mouetur ab aliquo principio actiuo. Ad hoc autem quod aliqua qualitas causetur in passiuo, oportet quod actiuum totaliter uincat passiuum. unde uidemus, quod quae ignis non potest totaliter uincere suum combustibile, non statim inflammat ipsum, sed paulatim abiicit contrarias dispositiones, ut sic totaliter uincens ipsum, similitudinem suam ipsi imprimat. Manifestum est autem, quod principium actiuum, quod est ratio, non totaliter potest superuincere appetitiuam potentiam in uno actu, eo quod appetitiua potentia se habet diuersimode, & ad multa. Iudicatur autem per rationem in actu uno aliquid appetendum secundum determinatas rationes & circumstantias; unde ex hoc non totaliter uincitur appetitiua potentia, ut feratur in idem, ut in pluribus per modum naturae, quod pertinet ad habitum uirtutis. & ideo habitus uirtutis non potest causari per unum actum, sed per multos. In apprehensiuis autem potentiis considerandum est, quod duplex est passiuum, unum quidem ipse intellectus passibilis: aliud autem intellectus quem uocat Aristoteles passiuum, qui est ratio particularis, id est uis cogitativa cum memoratiua & imaginatiua. Respectu igitur primi passiuum potest esse aliquod actiuum, quod uno actu totaliter uincit potentiam sui passiuum: sicut una propositio per se nota conuincit intellectum ad assentiendum firmiter conclusioni, quod quidem non facit propositio probabilis. unde ex multis actibus rationis oportet causari habitum opinatiuum, etiam ex parte intellectus possibilis. Habitum autem scientiae possibile est causari ex uno rationis actu, quantum ad intellectum possibilem; sed quantum ad inferiores uires apprehensiuas, necessarium est eodem actus pluries reiterari, ut aliquid firmiter memo-

ari imprimatur. Vñ Phil. in li. * de memoria & remissionem dicit, quod meditatio confirmat memoriam. habitus autem corporales possibile est causari ex uno actu, si actiuum fuerit magnae uirtutis, sicut quandoque medicina fortis statim inducit sanitatem.

¶ Et per hoc patet responsio ad obiecta.

ARTICVLVS IIII.

Utrum aliqui habitus sint hominibus infusi a Deo.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur quod nullus habitus hominibus infundatur a Deo. Deus enim aequaliter se habet ad omnes. Si igitur quibusdam infundit habitus aliquos, omnibus eos infunderet: quod patet esse falsum.

¶ 2. Præter. Deus operatur in omnibus secundum modum qui conuenit naturae ipsorum: quia diuinae prouidentiae est, naturam saluare, ut dicit Dion. 4. cap. * de diuino. sed habitus in homine naturaliter causantur ex actibus, ut dictum est. non ergo causat Deus in hominibus aliquos habitus absque actibus.

¶ 3. Præter. Si aliquis habitus a Deo infunditur, per illum habitum homo potest multos actus producere: sed ex illis actibus causatur similis habitus, ut in 2. * ethic. dicitur. sequitur ergo, duos habitus eiusdem speciei esse in eodem, unum acquisitum, & alterum infusum: quod uidetur esse impossibile. non enim duae formae eiusdem speciei possunt esse in eodem subiecto. non ergo habitus aliquis infunditur homini a Deo.

SED CONTRA est, quod dicitur Eccl. 15. Impleuit eum Dominus spiritu sapientiae & intellectus: sed sapientia, & intellectus quidam habitus sunt. ergo aliqui habitus homini a Deo infunduntur.

RESPON. Dicendum, quod duplici ratione aliqui habitus homini a Deo infunduntur. Prima ratio est, quia aliqui habitus sunt, quibus homo bene disponitur ad finem excedentem facultatem humanae naturae, quae est ultima & perfecta hominis beatitudo, ut supra dictum est. Et quia habitus oportet esse proportionatos ei, ad quod homo disponitur secundum ipsos, ideo necesse est quod etiam habitus ad huiusmodi finem disponentes, excedant facultatem humanae naturae: unde tales habitus nunquam possunt homini inesse, nisi ex infusione diuina, sicut est de omnibus gratuitis uirtutibus. Alia ratio est, quia Deus potest producere effectus causarum secundarum absque ipsis causis secundis, ut in primo * dictum est. Sicut igitur quandoque ad ostensionem suae uirtutis producit sanitatem absque

¶ Super questio quinquagesima prima articulum quartum.

IN responsione ad 3. 4. ar. omisso tertio aduerte, quod cum duorum ordinum sunt infusi habitus, quidam scilicet per accidens, & quidam per se infusi, illi namque habitus qui possunt ex nostris actibus, aut natura acquiri, sunt per accidens infusi: accidit enim eis infusio, & isti sunt eiusdem rationis specialissima, quando infunduntur cum acquisitis. Geometria enim infusa & acquisita eiusdem sunt speciei, sicut oculi daci ceco nato, & oculi aliorum: & de istis in corpore dicitur, quod infunduntur, quia Deus producit quandoque effectus earum secundarum absque ipsis. Illi uero habitus qui sola infusione fieri possunt, sicut per se infusi, eo quod non accidit actioni eorum praefuso, immo ipsam per se sibi uendicant: & isti sunt habitus essentialiter supernaturales, ut in principio corporis articulo dicitur. & de utriusque verificatur hic responsio ad tertium, quod actus procedentes ex habitu infuso non causant aliquem habitum, sed confirmant praexistentem. Et in proprio causa est, de per se infusis quidem, quia improducibiles sunt nisi per infusionem, ac per hoc ex actibus nostris. De per accidens uero infusis, quia duo accidentia eiusdem speciei sunt incompossibilia in eodem.

Ca. 2. no. p. cui a hinc, to no 2.

1. dist. 17. q. 1. ar. 3. co. & 3. di. 23. q. 3. ar. 2. ad 3. & veri. q. 12. ar. 1. ad 7.

* ca. 4. par. 4. non multum a hinc. Ar. praced.

Ca. 1. & 2. to mo 5.

q. 5. art. 5.

¶ Super

P. P. q. 105. art. 6.

absque naturali cā, quā n̄ per naturam posset cāri, F ita ēt q̄siue ad ostendendam suam uirtutem insun- dit homini illos ēt habitus, qui naturali uirtute p̄nt cāri, sicut Apostolis dedit scientiam scripturarū, & omnium linguarum quā hoīes per studium, uel cō- suetudinem acquirere possunt, licet nō ita perfectē.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ Deus quantum ad suam naturam, æqualiter se habet ad omnes, sed secundum ordinem suæ sapientiæ certa ratione que- dam tribuit aliquibus, quæ non tribuit aliis.

AD SECUNDVM dicendum, q̄ hoc quod Deus in omnibus operatur secundum modum eorum, non excludit quin Deus quædam operetur, quæ na- tura operari non potest: sed ex hoc sequitur, quod ni- hil operatur contra id quod naturæ conuenit.

AD III. dicendum, quod actus^d qui produciuntur ex habitu infuso, non causant aliquem habitum, sed confirmant habitum præexistentem, sicut medi- cinalia remedia adhibita homini sano per naturam, non causant aliquam sanitatem, sed sanitatem prius habitam corroborant.

D. 29. 676. 1108.

¶ Super questio. quin- quagesimæ secundæ articulum primū.

QVAESTIO LII.

De augmento habitum, in tres articulos diuisa.

IN articulo 1. q. 52. multa sunt dubia dilucidanda cum Dei gratia. Est in primis dubium circa sensum distinctionis factæ in corpore art. quod perfectio & augmentum formæ dicitur dupliciter, secundum ipsam formam, & secundum participationem formæ in subiecto. Aut n. intendit de forma in abstracto, uel concreto, & hoc est extra propositum, quia spectat distinctio hæc ad modos significandi: questio autem est de re: aut de forma

Infra q. 66. artic. 1. & 2. co. & ver. q. 1. ar. 11. & q. 5. ar. 3. & 10. Ethic. lect. 3. * li. 5. phys. tex. 18. 10. 2.

Text. 17. & 18 tom. 2.

Text. 15. & 17. tom. 2.

DEINDE considerandum est de augmento habituum.

ET CIRCA hoc queruntur tria.

¶ Primo, Vtrum habitus augeatur.

¶ Secundo, Vtrum augeatur per additionem.

¶ Tertio, Vtrum quilibet actus augeat habitum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum habitus augeantur.

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur, quod habitus augeri non possint. Augmentum enim est circa quantitatem, ut dicitur in 5. * Phys. sed habitus non sunt in genere quantitatis, sed in genere qualitatis. ergo circa eos augmentum esse non potest.

¶ 2. Præter. Habitus est perfectio quedam, ut dicitur in 7. * Physic. sed perfectio cum importet finem & terminum, non uidetur posse recipere magis & minus. ergo habitus augeri non potest.

¶ 3. Præter. In his quæ recipiunt magis & minus, contingit e alteratione. alterari. n. dicitur, quod de minus calido fit magis calidum: sed in habitibus non est alteratio, ut probatur in 7. * Physic. ergo habitus augeri non possunt.

SED CONTRA est quod fides est quidam habitus, & tñ augeatur. vñ discipuli Domino dicunt. Domine, adauge nobis fidē, ut habetur Luc. 17. ergo habitus augeantur.

RESPON. Dicendum, quod augmentum, sicut & alia ad quantitatem pertinentia, a quantitativis & intellectualibus ad res spirituales & intellectuales transferuntur, propter connaturalitatem intellectus nostri ad res corporales, quæ sub imaginatione cadunt. Dicitur autem in quantitativis corporeis aliquid magnum, secundum quod ad debitam perfectionem quantitati perducitur. Vnde aliqua quantitas reputatur magna in homine, quæ non reputatur magna in elephantibus: unde & in formis dicimus aliquid magnum ex hoc, quod est perfectum. Et quia bonum habet rationem perfecti, propter hoc in his, quæ non mole magna sunt, idem est esse maius, quod melius, ut Aug. dicit in 6. de * Tri. Perfectio autem formæ dupliciter potest considerari. Vno modo, secundum ipsam formam. Alio modo, secundum quod subiectum participat formam. In quantum igitur attenditur perfectio formæ secundum ipsam formam, sic non dicitur ipsa esse parua uel magna, puta, magna, uel parua sanitas, uel scientia. In quantum uero attenditur perfectio formæ secundum participationem subiecti, dicitur magis & minus, puta, magis uel minus album, & sanum. Non autem ista distinctio procedit secundum hoc, quod forma habeat esse præter materiam, aut subiectum: sed quia alia est consideratio eius secundum rationem speciei suæ, & alia secundum quod participatur in subiecto. Secundum hoc igitur circa intensiorem & remissionem habituum & formarum, fuerunt quatuor opiniones apud Philosophos, ut * Simplicius narrat in commento Prædicamentorum. Plotinus. n. & alii Platonici ponebant ipsas qualitates & habitus suscipere magis & minus propter hoc, quod materiales erant, & ex hoc habebant indeterminationem quandam propter materiam infinitatem. Alii uero in contrarium ponebant, quod ipsæ qualitates & habitus sibi se non recipiebant magis & minus, sed qualia dicuntur magis & minus, sibi diuersam participationem, puta, quod iustitia non dicatur magis & minus, sed iustum, & hæc opinionem tangit * Arist. in Prædicamentis. Tertia fuit opinio Stoicorum media inter has. posuerunt. n. quod aliquis habitus secundum se recipiunt magis & minus, sicuti artes: quidem autem non, sicuti uirtutes. Quarta opinio fuit quorundam dicentium, quod qualitates & formæ immat-

tradictoria, formam augeri secundum esse in subiecto, & non secundum seipsam, utrumque enim est actum. Alio modo sumitur ut denotat causam seu radicem, ut cum dicitur, quod homo secundum esse rationalis, est artifex: & hoc modo sumitur in proposito, & est sensus, quod perfectio & augmentum formæ, aut oritur ex ipsa natura specificæ formæ, aut ex participatione eius in subiecto, ita quod utrumque perfectio, & utrumque augmentum ubi inuenitur, commune est formæ & subiecto, ut habet formam Differentiam autem est in causa originis, ut clare habet inferius in quarto. articulo 2. ad 2. de diminutione, de qua idem est quod de augmento iudicium. ¶ Circa illam propositionem. Illud, secundum quod formatur aliquid speciem, oportet esse indiuisibile, in eodem corpore articuli subiectam, dubium occurrit, de qua indiuisibilitate est sermo. Aut enim est sermo de indiuisibilitate omnimoda. & hoc non, quia constat quodque esse diuisibile uirtualiter & materialiter: aut de indiuisibilitate formali, & hoc licet sit uerum, non tamen est ad propositum, quoniam loquimur de augmento, quod statim cum indiuisibilitate formali: aut de indiuisibilitate materiali, uocando omnem diuisionem siue quantitatiuam, siue graduali, siue quomolibet absque uariatione: specificam materiam, & hoc esset ad propositum, sed est falsum, quia cum multæ species suscipiunt magis & minus, sicut simplices, ut calor & albedo, non potest intelligi ut calor diuidatur secundum magis & minus, & albedo minus differentia non intendatur & remittatur, sicut ipse calor. ¶ Ad hoc dicitur, quod proprie loquendo, sermo est de indiuisibilitate latius diuisa, opposita diuisibilitati.

xt. 10. 6.

D. 151.